Damit aber über die Gesinnungen der Bischöfe auch nicht der mindeste Zweifel bestehen möge, (wiewohl sie auch ohne Verbindlichkeit irgend eines Eides nach den Vorschriften des Evangeliums ganz gut wissen werden, was sie den höchsten Vorgesetzten schuldig sind und thun müssen) und damit die Regenten der Republik ihrer Treue und ihres Gehorsams desto gewisser sind, haben wir bewilliget, daß die Bischöfe vor dem Antritte ihres bischöflichen Amtes, vor dem ersten Konsul den Eid der Treue leisten, der vor der Regierungs-Veränderung gebräuchlich war, und in folgenden Worten besteht: „Ich schwöre und verspreche, auf Gottes heilige „Evangelien, Gehorsam und Treue der durch die Konsti„tution der französischen Republik angeordneten Regierung. „Auch verspreche ich, keine Gemeinschaft zu haben, keiner „Berathschlagung beizuwohnen, und keine verdächtige Ver„einbarung, welche der öffentlichen Ruhe schädlich sey, „weder im Innern, noch im Auslande zu unterhalten, „und wenn ich erfahre, daß in meinem Bisthum oder an„derswo, etwas zum Nachtheil des Staates im Werke ist: „so werde ich es der Regierung anzeigen."

Aus den nämlichen Ursachen haben wir eingewilliget, daß die Geistlichen vom zweiten Range vor den bürgerlichen Gewalten, welche von den Regenten der Republik angewiesen werden, mit den nämlichen Worten schwören.

Da durch den unerforschlichen Rathschluß der göttlichen Versehung, die sich durch Wohlthun allenthalben kennbar

mundo, pietati congruum, et publicae, quam optamus, felicitati necessarium judicavimus, ut ad utilitatem, salutemque Galliarum publicis precibus Divinum auxilium imploretur. Idcircò in omnibus Templis Catholicorum, quae sunt in Gallia, post divina Officia his verbis orabitur:

Domine, salvam fac Rempublicam;
Domine, salvos fac Consules.

Constitutis Dioecesibus, cùm omninò necesse sit limites etiam Paraeciarum constitui, earum circumscriptionem ab Episcopis fieri volumus, quae tamen circumscriptio suum non sortietur effectum, nisi postquam Gubernii consensus accesserit.

Jus nominandi Parochos ad Episcopos pertinebit, qui tamen Personas non seligent nisi iis dotibus instructas, quas Ecclesiae Canones requirunt, atque (ut tranquillitas eò magis in tuto sit) Gubernio acceptas.

Cùm verò tùm Clericorum institutioni, tùm Episcoporum consilio, suaeque Ecclesiae administrationi consulere necesse sit, illud non omisimus, ut iidem Episcopi unum habeant in Cathedrali Ecclesia Capitulum, unumque Seminarium in suâ quisque Dioecesi, quamvis Gubernium ad dotationis obligationem non se adstringat.

Quamvis maximè desideraretur à Nobis, ut Templa omnia iterùm Sacris Ministeriis exercendis Catholicis redderentur, cùm tamen id perfici non posse videamus, satis habuimus, quod omnia Templa Metropolitana, Cathedra-

machet, alles in der Welt regiert wird: so haben wir es der Liebe angemessen, und für das allgemeine Glück, das Wir wünschen, nothwendig erachtet, daß für Frankreichs Wohlfahrt durch öffentliche Gebethe Gottes Beistand angeflehet werde. Deshalb soll in allen Kirchen Frankreichs nach dem Gottesdienste mit diesen Worten gebethen werden:

Domine, salvam fac Rempublicam;
Domine, salvos fac Consules.

Da nach Errichtung der Bisthümer es durchaus nothwendig ist, auch die Gränzen der Pfarreien zu ordnen: so wollen Wir, daß derer Begränzung von den Bischöfen geschehe; doch hat selbe nicht eher ihre Wirkung, bis die Zustimmung der Regierung erfolgt.

Das Recht, die Pfarrer zu ernennen, wird den Bischöfen gehören; doch werden sie nur solche Personen auswählen, die mit den von den Kirchengesätzen erforderlichen Eigenschaften versehen, und (damit die Ruhe desto mehr gesichert ist) der Regierung angenehm sind.

Da aber sowohl für den Unterricht der Geistlichen als für die Berathung der Bischöfe, und für die Regierung ihrer Kirche nothwendig gesorgt werden muß: so haben Wir auch das nicht versäumt, daß die Bischöfe in der Kathedralkirche ein Kapitel, und jeder in seinem Bisthum ein Seminar haben, wiewohl die Regierung sich nicht verbindlich machet, selbe mit Einkünften zu versehen.

Obschon von Uns nichts so sehr gewünscht würde, als daß alle Kirchen wieder den heiligen Dienstverrichtungen mögten zurückgegeben werden; Wir jedoch sehen, daß das nicht geschehen könne: so haben Wir Uns damit begnügt, daß alle Metropolitan, Kathedral, und Pfarrkirchen, nebst

lia, Parochialia aliaque non alienata Cultui necessaria Episcoporum dispositioni tradantur.

Constantes in proposito ad omnia sacrificia pro bono Unitatis descendendi, ad quae, salvâ Religione, descendi potest, ut etiam pro viribus Nostris tranquillitati Galliarum cooperemur, quae denuò totae turbarentur, si Bona Ecclesiastica alienata iterùm essent repetenda, et ut (quod potissimum est) felix Catholicae Religionis restitutio fiat, Praedecessorum Nostrorum exempla sectantes declaramus, eos, qui Bona Ecclesiastica alienata acquisiverunt, molestiam nullam habituros, neque à Nobis, neque à Romanis Pontificibus Successoribus Nostris, ac consequenter proprietas eorumdem Bonorum, redditus, et jura iis inhaerentia immutabilia penes ipsos erunt atque ab ipsis causam habentes.

Sed quoniam Galliarum Ecclesiis veteri suo Patrimonio privatis invenienda ratio aliqua est, qua suppleri Episcoporum, ac Parochorum sustentationi, ac decentiae possit, Galliarum Gubernium in se recipit tùm Episcoporum, tùm Parochorum, quorùm Dioeceses, atque Parochias nova circumscriptio complectitur, sustentationem, quae cujusque statum deceat.

Simili modo statutum est, Gallicanae Reipublicae Gubernium curaturum, ut Catholicis in Gallia liberum sit, si libuerit, Ecclesiis consulere novis fundationibus.

Demùm declaravimus recognoscere Nos in Primo Consule Gallicanae Reipublicae eadem jura, ac privilegia, quibus apud Sanctam Sedem fruebatur antiquum Regimen.

Quod

den andern nicht veräusserten, zum Gottesdienste unentbehrlichen Kirchen der Verfügung der Bischöfe überliefert werden.

Standhaft in dem Vorsatze, zum Beßten der Einigkeit uns zu allen Aufopferungen zu verstehen, welche man sich, der Religion unbeschadet, nur immer gefallen lassen kann, und damit Wir auch nach unsern Kräften zur Ruhe Frankreichs mitwirken, die von neuem gänzlich würde gestört werden; wenn die geistlichen, bereits veräusserten Güter wieder zurückgefordert würden, und damit (was doch die Hauptsache ist) die glückliche Herstellung der katholischen Religion zu Stande komme, erklären Wir in Nachahmung der Beispiele Unserer Vorfahrer, daß diejenigen, welche veräusserte geistliche Güter an sich gebracht haben, weder von Uns, noch von den römischen Bischöfen unsern Nachfolgern deshalb im mindesten werden beunruhiget werden, und daß folglich das Eigenthum dieser Güter, die Einkünfte und die denselben anklebenden Rechte ihnen und denjenigen, denen sie ihr Recht darauf abgeben, unveränderlich bleiben werden.

Weil aber die Kirchen in Frankreich ihren ehemaligen Güterbesitz verloren haben, und man deswegen irgend eine Art auffinden muß, wodurch für den Unterhalt und den Lebensanstand der Bischöfe und Pfarrer ein Ersatz geschehen könne: so übernimmt die französische Regierung den Unterhalt sowohl der Bischöfe und der Pfarrer, deren Bischthümer und Pfarreien in der neuen Begränzung liegen, so wie derselbe sich für eines jeden Stand geziemet.

Auf gleiche Art ist festgesetzt worden, die Regierung der französischen Republik werde dafür sorgen, daß den Katholicken in Frankreich frei stehen solle, nach Belieben die Kirchen mit neuen Stiftungen zu begaben.

Zuletzt erklären Wir, daß Wir in dem ersten Konsul der französischen Republik die nämlichen Rechte und Vorzüge anerkennen, deren die alte Regierung beim heiligen Stuhle genoß.

Quod si fortè eveniat, ut aliquis ex successoribus hodierni Primi Consulis Catholicam Religionem non profiteretur, eo casu super juribus, et privilegiis superiùs memoratis, necnon super nominatione ad Archiepiscopatus, et Episcopatus, respectu ipsius nova, conventio fiet.

Cùm itaque omnia, et singula superiùs recensita ex parte quidem Nostrâ, ac Nostro et Sedis Apostolicae nomine à Dilecto in Christo Filio Nostro Hercule S. Agathae ad Suburram Diacono Cardinali Consalvi à Secretis Nostri Statûs, necnon Venerabili Fratre Josepho Archiepiscopo Corinthi, atque Dilecto Filio Carolo Caselli; ex parte verò, et nomine Gallicani Gubernii à Dilectis in Christo Filiis Josepho Bonaparte, et Emmanuele Cretet, Consiliariis Statûs, necnon Dilecto in Christo Filio Presbytero Stephano Bernier, Parocho S. Laudi Andegavensis, ejusdem Gubernii Plenipotentiariis Lutetiae Parisiorum subscripta sint, cùmque post hujusmodi Conventiones, Pacta, et Concordata in omnibus, et singulis punctis, clausulis, articulis et conditionibus à praefatis subscripta, pro firmiori eorum subsistentia robur Apostolicae firmitatis adjicere, et auctoritatem solemniorem et decretum interponere necessarium sit, Nos eâ spe freti, fore, ut Deus, qui *dives est in misericordia*, et *à quo omne datum optimum*, *et omne donum perfectum*, studia Nostra in sanctissimo hoc opere absolvendo, benigno favore prosequi dignetur, ac ut omnibus amotis impedimentis, atque dissidiis, vera pietas, et Religio majora suscipiant incrementa, sublatisque ex Agro Dominico dissensionum seminibus, abundantior in dies bonorum operum seges ad ipsius Dei laudem, et gloriam, aeternamque animarum salutem succrescat, de VV. FF. Nostrorum S. R. E. Car-

Sollte sich der Fall ereignen, daß einer aus den Nachfolgern des jetzigen ersten Konsuls sich nicht zur katholischen Religion bekännte, dann soll über die oben bemerkten Rechte und Vorzüge, wie auch über die Ernennung zu den Erz- und Bisthümern, in Hinsicht auf ihn, ein neuer Vergleich getroffen werden.

Da also alles und jedes oben erwähnte, und zwar von Unserer Seite, in Unserm und des apostolischen Stuhles Namen, von unserm geliebten Sohn in Christo, Herkules Consalvi, Kardinal, Diakon zu St. Agatha ad Suburram, Unserm Staatssekretär, und von Unserm ehrwürdigen Bruder Joseph, Erzbischofe zu Korinth, und Unserm geliebten Sohne Karl Caselli; von Seiten und im Namen der französischen Regierung aber von unsern geliebten Söhnen in Christo, Joseph Bonaparte und Emmanuel Cretet, Staatsräthen, und Unserm geliebten Sohn in Christo, Stephan Bernier, Pfarrer zu St. Laud in Angers, Bevollmächtigten derselben Regierung, zu Paris unterschrieben worden sind, so ist es nach der von vorgenannten geschehenen Unterzeichnung dieser Vergleiche, Verträge und Verabredungen in allen und jeden Punkten, Klauseln, Artikeln und Bedingnissen, nothwendig, zu ihrem dauerhaften Bestand die apostolische Bekräftigung beizufügen. In der gewissen Hoffnung also, daß Gott, der reich ist an Barmherzigkeit, und von dem alles Gute und jede vollkommene Gabe herkömmt, sich würdigen werde, unsere Bemühungen, dieses heiligste Werk zu vollenden, gnädig unterstützen, und daß nach Wegräumung aller Hindernisse und Irrungen die wahre Liebe und Religion immer mehr zunehmen, und nach Ausrottung des Saamens der Uneinigkeiten aus dem Acker des Herrn, täglich eine reichere Saat guter Werke zum Lobe und zur Ehre Gottes und zum ewigen Heile der Seelen aufsprossen werde, billigen, bestätigen und genehmigen Wir mit Beirath und

dinalium consilio, et assensu, ac certâ scientiâ, et maturâ deliberatione Nostris, deque Apostolicae Potestatis plenitudine supradictas Concessiones, Conventiones, Capitula, Pacta, et Concordata tenore praesentium cohaerenter ad peculiare chirographum super ipsis articulis appositum, adprobamus, ratificamus, et acceptamus, illis Apostolici muniminis, et firmitatis robur, et efficaciam adjungimus, omniaque in eis contenta, ac promissa sincerè, et inviolabiliter ex Nostrâ ejusque Sedis parte adimpletum, et servatum iri, tam Nostro quàm Nostrorum Successorum nomine promittimus, ac spondemus.

Nolumus etiam paternae Nostrae Charitatis non esse participes eos Ecclesiasticos viros, qui in Sacris constituti matrimonia attentarunt, sive qui à proprio instituto publicè desciverunt; ideòque, eorum respectu, ipsius etiam Regiminis officiis obsecundantes, vestigia sequemur rec. mem. Praedecessoris Nostri Iulii Papae III, quemadmodum in nostris Litteris in formâ Brevis hâc eâdem die datis, pro eorum spirituali salute providetur.

Monemus praetereà, et hortamur in Domino omnes, et singulos Archiepiscopos, Episcopos, et locorum Ordinarios juxta novam Gallicanarum Dioecesium circumscriptionem canonicè instituendos, eorumque Successores, itemque Parochos, aliosque Sacerdotes in vinea Domini operarios, ut zelo secundùm scientiam non in destructionem, sed in aedificationem utentes, ac pro oculis habentes, se Ministros esse Christi, qui à Prophetâ Princeps pacis cognominatus est, quique transiturus de hoc mundo ad Patrem pacem tanquam propriam haereditatem Apostolis, et Discipulis suis reliquit, ut omnes idem sentiant, collatisque in unum studiis ea, quae pacis sunt, ament,

Zustimmung Unserer E. E. B. B. der H. R. K. Kardinäle, nach Unserer gewissen Kenntniß und reiflichen Ueberlegung aus apostolischer Machtvollkommenheit die obengenannten Vergünstigungen, Vergleiche, Verträge und Verabredungen durch gegenwärtigen Brief, so wie Wir bereits Unsere besondere Handschrift jenen Artikeln selbst beigefügt haben; Wir geben ihnen hiemit alle apostolische Kraft und Wirksamkeit, und versprechen und geloben in Unserm und Unserer Nachfolger Namen, daß alles darin Enthaltene und Verheißene von Uns und dem heiligen Stuhle aufrichtig und unverbrüchlich werde erfüllet und gehalten werden.

Wir wollen aber nicht, daß jene Geistlichen an Unserer Vaterliebe Theil haben sollen, die nach Empfangung der heiligen Orden sich den Ehestand erlaubt haben, oder von ihrem eigentlichen Stande öffentlich abtrinnig geworden sind, und deshalb werden Wir, in Rücksicht auf sie, den Anträgen der Regierung selbst nachgeben, und den Fußstapfen Unseres Vorfahrers Pabst Julius III. folgen, so wie dafür in Unserm, an eben diesem Tage in Form eines Breve erlassenen Briefe zu ihrem Seelenheil gesorgt wird.

Nebstdem ermahnen und warnen Wir im Herrn alle und jede Erzbischöfe, Bischöfe und Orts-Ordinaren, die nach der neuen Gränzbestimmung der französischen Kirchen kanonisch werden eingesetzt werden, und ihre Nachfolger, so auch die Pfarrer und andere Priester, Arbeiter im Weingarten des Herrn, daß sie nach ihrem besten Wissen nicht zur Vernichtung, sondern zur Erbauung eifern, und immer vor Augen haben, daß sie Diener Christi sind, der vom Propheten der Fürst des Friedens genannt worden, und der bei seiner Rückkehr von dieser Welt zu seinem Vater den Frieden als die eigentliche Erbschaft seinen Jüngern und Aposteln hinterlassen hat, damit alle gleich gesinnt seyen, und mit zu einem Zwecke vereinigten Bemühungen das, was des Friedens ist,

atque sectentur, et quaecumque, ut praefertur, concessa, statuta, et concordata fuerunt, accuratè, ac diligenter servent, atque custodiant.

Decernentes easdem praesentes Littaras nullo unquam tempore de subreptionis, et obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, aut alio quocumque, quamvis magno, aut inexcogitato defectu notari aut impugnari posse, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et inviolabiliter observari debere. Non obstantibus synodalibus, et Provincialibus, Generalibusque Conciliis, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Nostris, et Apostolicae Cancellariae Regulis, praesertim de jure quaesito non tollendo, necnon quarumcumque Ecclesiarum, Capitulorum, Monasteriorum, aliorumque Piorum Locorum fundationibus, etiam confirmatione Apostolica, vel quâvis firmitate aliâ roboratis, Privilegiis quoque, Indultis, et Litteris Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, caeterisque contrariis quibuscumque. Quibus omnibus et singulis, illorum tenores pro expressis, et ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum dumtaxat specialiter, et expressè derogamus. Praetereà quia difficile foret praesentes Litteras ad singula, in quibus de eis fides facienda fuerit, loca deferri, eâdem Apostolicâ Auctoritate decernimus, et mandamus, ut earum transumptis etiam impressis, manu tamen publici Notarii subscriptis, et sigillo alicujus Personae in Ecclesiasticâ Dignitate constitutae mu-

lieben und befolgen, und alles, was immer vorbemerkt zugestanden, beschlossen und vereinbaret worden, genau und fleißig halten und bewahren.

Entscheidend erklären wir hiemit, daß diesem gegenwärtigen Briefe nie zu irgend einer Zeit ein Fehler des Unterschleifes und der Erschleichung oder der Nichtigkeit von wegen Unserer Gesinnung, oder irgend ein anderer Mangel, wie groß und unausgedacht er auch seyn möge, vorgeworfen, und damit angefochten werden könne, sondern daß derselbe allzeit fest, gültig und wirksam seyn und bleiben, seine völlige und gänzliche Wirkung finden und erhalten, und unverbrüchlich beobachtet werden müße, unerachtet der synodal, provinzial und allgemeinen Concilien, oder besonderer Satzungen apostolischer und unserer Verordnungen; unerachtet der Vorschriften der apostolischen Kanzelei, besonders über die Unverlierbarkeit eines erworbenen Rechtes; unerachtet der Stiftungsbriefe der Kirchen, Kapitel, Klöster und anderer geistlichen Gemeinheiten, mögen sie auch durch die apostolische Bestätigung oder auf jede andere Art bekräftiget seyn; unerachtet der Privilegien, Indulten und apostolischen Briefe, die auf eine Art, wie sie immer seyn mag, für das Gegentheil gegeben, bestätiget und erneuert worden; unerachtet alles übrigen, was immer dagegen seyn mag. Diese alle und jede, deren Inhalt wir als ausdrücklich und wörtlich hier eingerückt annehmen, und die übrigens in ihrer Kraft bleiben werden, heben Wir hier insbesondere und ausdrücklich und nur darum auf, damit das Vorerwähnte Kraft und Wirkung erhalte. Weil es überdies beschwerlich wäre, gegenwärtigen Brief an jeden Ort, wo man ihm Glauben beizumessen hat, hinzubringen, so erklären und befehlen Wir mit der nämlichen apostolischen Gewalt, daß er übersetzt, auch gedruckt, jedoch von einem öffentlichen Notär unterschrieben, und mit dem Siegel irgend einer in kirchlicher

nitis, plena ubique fides adhibeatur perinde ac si dictae praesentes Litterae forent exhibitae, vel ostensae. Et insuper irritum quoque, et inane decernimus, si secùs super his à quoquam, quâvis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Nostrae concessionis, approbationis, ratificationis, acceptionis, derogationis, decreti, statuti, mandati, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo primo, decimo octavo calendas septembris, Pontificatûs Nostri anno secundo.

A. Card. Pro-Dat.

R. Card. Braschius de Honestis.

Visa de Curia. J. Manassei.

Loco ✠ Plumbi.

F. Lavizzarius.

Reliquum nunc illud est, ut vos Deo Optimo Maximo, tanti beneficii auctori, debitas grates rependentes, et singulari studio illis devincti, per quos est illud in vos profectum, *unitati spiritûs in vinculo pacis*, publicaeque tranquillitati servandae sollicitam operam collocetis.

Datum Parisiis, ex AEdibus Nostrae Residentiae, hac die 9 Aprilis 1802.

Jo.-Baptista Cardinalis CAPRARA, Legatus.

J. A. Sala, Apostolicae Legationis Secretarius.

Würde stehenden Person versehen, allenthalben vollen Glauben so haben soll, als wäre gegenwärtiger Brief urkundlich vorgezeigt worden. Ueberdies erklären Wir es auch nichtig und kraftlos, wenn irgend einer, unter welcher Authorität es immer seyn mag, wissentlich oder unwissendlich sich beigehen ließ, etwas daran zu ändern. Keinem Menschen sey es also erlaubt, sich an dieser Urkunde Unserer Bewilligung, Genehmigung, Bestätigung, Abschaffung Unseres Beschlusses, Befehles und Willens zu vergreifen, oder mit Verwegenheit dagegen zu handeln. Wenn das aber einer wagen sollte, so wisse er, daß er sich den Unwillen des allmächtigen Gottes und seiner heiligen Apostel, Peter und Paul zuziehen werde.

Gegeben zu Rom bei der heiligen Maria der Größern, im Jahre nach der Menschwerdung des Herrn ein tausend, achthundert ein, am 14. September, Unseres Pabstthums im zweiten Jahre.

A. Card. Pro-Dat.

R. Card. Braschius de Honestis.

Visa de Curia. J. Manassei.

Anstatt ✠ des Bleisiegels.

F. Lavizzarius.

Nun ist noch übrig, daß ihr dem gütigsten, höchsten Gott, dem Urheber dieser so großen Wohlthat, schuldigen Dank saget, denjenigen, die sie euch verschaft haben, mit besonderer Zuneigung ergeben bleibet, und euch sorgfältig bemühet, die Einigkeit des Geistes durch das Band des Friedens, und die öffentliche Ruhe zu erhalten.

Gegeben zu Paris in unserer Residenz, am 9. April 1802.

Joh. Baptist Kardinal Caprara, Legat.

J. A. Sala, Sekretär der apostolischen Legation.

DECRETUM ET BULLA

Novae circumscriptionis Dioecesium.

Nos Joannes Baptista Tituli Sancti Honuphrii, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis CAPRARA, Archiepiscopus, Episcopus AEsinus, Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae VII, et Sanctae Sedis Apostolicae ad Primum Galliarum Reipublicae Consulem, à Latere Legatus,

Universis Galliarum Populis, Salutem in Domino.

CUM Sanctissimus Dominus Noster Pius Divinâ Providentiâ PP. VII ad restituendum in Galliis publicum Catholicae Religionis cultum et Ecclesiae unitatem servandam, Conventionem à Plenipotentiariis Sanctitatis Suae et Gubernii Gallicanae Reipublicae Parisiis initam per Apostolicas sub Plumbo Litteras incipientes *Ecclesia Christi*, sub Datum Romae apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicae 1801, 18°. calendas septembris, anno Pontificatûs ejus secundo, solemniter confirmaverit, in iisque Apostolicis Litteris inter caetera illud quoque Decretum sit, novam esse faciendam circumscriptionem Gallicanarum Dioecesium, hinc Sanctitas Sua ad eamdem circumscriptionem peragendam devenit per Apostolicas sub Plumbo Litteras tenoris sequentis videlicet:

Dekret und Bulle

über die Gränzbestimmung der Bisthümer.

Wir Johann Baptist Caprara, unter dem Titel des heiligen Honuphrius der heiligen römischen Kirche Kardinal Priester, Erzbischof, Bischof zu Aesis, Legat à Latere unseres heiligsten Vaters Pabst Pius VII. und des heiligen apostolischen Stuhles bei dem ersten Konsul der französischen Republik.

Allen Völkern Frankreichs Heil im Herrn.

Da unser heiligste Vater, durch die göttliche Vorsehung Pabst Pius VII. zur Herstellung des öffentlichen Gottesdienstes der katholischen Religion, und zur Erhaltung der Einigkeit der Kirche, den von den Bevollmächtigten Sr. Heiligkeit, und der Regierung der französischen Republik geschlossenen Vergleich durch den apostolischen, mit einem Bleisiegel versehenen Brief, der mit den Worten: Ecclesia Christi, anfängt, und zu Rom bei der heiligen Maria der Größern im Jahre der Menschwerdung des Herrn 1801, am 14. September, im zweiten Jahre seines Pabstthums ausgefertiget worden, feierlich bestätiget hat, und in diesem apostolischen Briefe unter andern auch dieses ist beschlossen worden, daß den französischen Bisthümern neue Gränzen sollen angewiesen werden: so ist Se. Heiligkeit zur Vollziehung dieser Gränzbestimmung durch einen apostolischen in Blei versiegelten Brief folgenden Inhaltes vorgeschritten, nämlich:

" Pius Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Qui Christi Domini vices in terris gerere, atque Ecclesiam Dei regere constitutus est, omnes occasiones arripere, omnique opportunitate, quae ei offeratur, uti debet, quâ possit et Fideles ad Ecclesiae sinum adducere, et omnia quaecumque timentur pericula evitare, ne, occasione amissâ, spes amittatur etiam ea bona ampliùs assequendi, quibus Catholica Religio juvari possit. Hae fuerunt causae que nos superioribus mensibus ad Conventionem inter hanc Apostolicam Sedem, et Primum Consulem Reipublicae Gallicanae ineundam impulerunt, et eaedem cogunt nunc ad caetera illa progredi, quae si differrentur, et gravissimis damnis Catholicam Religionem affectam videre, et dilapsam spem illam omnem, in quam haud temerè ingressi sumus, Catholicam unitatem in Galliâ retinendi, dolere deberemus. In tanto hoc bono Ecclesiae comparando cum statuissemus, et novam circumscriptionem Dioecesium in Galliâ faciendam, et in totis quàm latè eae patent, Regionibus, quae nunc temporali Dominationi Reipublicae Gallicanae subjacent, decem Ecclesias Metropolitanas, et quinquaginta Episcopales esse erigendas, quarum singulis possent à Primo ejusdem Reipublicae Consule tribus mensibus, qui proximi promulgationem Litterarum Nostrarum consequerentur, idonei Viri Ecclesiastici nominari, ac digni quos consuetis, ut anteà, formis, Nos canonicè Archiepiscopos, sive Episcopos earum Ecclesiarum institueremus; minimè putabamus futurum, ut Nos cogi deberemus de rogare assensibus legitimo-

Pius Bischof, Diener der Diener Gottes, zum ewigen Andenken.

Wer auf Erden die Stelle Christi unseres Herrn zu vertreten, und die Kirche Gottes zu regieren bestimmt ist, der muß alle Gelegenheiten ergreifen, sich jedes günstigen Zeitpunktes, der sich ihm darbiethen mag, bedienen, wodurch er die Glaubigen dem Schoose der Kirche zuführen, und alle Gefahren, wie sie sich immer befürchten lassen, vermeiden könne; damit nicht mit der Gelegenheit auch zugleich die Hofnung verloren geht, jenes Gute weiter zu erlangen, wodurch der katholischen Religion aufgeholfen werden kann. Das waren die Bewegursachen, welche uns in den vorherigen Monaten antrieben, den Vergleich zwischen diesem apostolischen Stuhle und dem ersten Konsul der französischen Republik einzugehen, und eben diese dringen uns auch jetzt, zu den übrigen Dingen vorzuschreiten. Würden diese in die Länge gezogen: so müßten Wir der katholischen Religion den größten Schaden zugefügt und alle jene, nicht ohne Grund ergriffene Hofnung, die katholische Einigkeit in Frankreich beizubehalten, mit Bedauren verschwinden sehen. Da Wir, um der Kirche dieses so große Gut zu verschaffen, beschlossen hatten, den Bisthümern in Frankreich neue Gränzen anzuweisen, und in allen Ländern, so weit sie sich erstrecken, und jetzt der zeitlichen Oberherrschaft der französischen Republik unterworfen sind, zehn erzbischöfliche, und fünfzig bischöfliche Kirchen zu errichten, für deren jede der erste Konsul der Republik in den drei nächsten Monaten nach Verkündigung unseres apostolischen Briefes, taugliche und würdige Geistlichen ernennen könnte, die wir nach den vorhin in Frankreich gewöhnlichen Formen als Erzbischöfe und Bischöfe kanonisch einsetzen würden: so dachten wir gar nicht daran, daß wir genöthiget werden sollten, der Einwilligung

rum Pastorum, qui pridem Ecclesias illas ac Dioeceses obtinebant, quae nunc omnes juxta novam circumscriptionem immutatae, novis Pastoribus à Nobis donandae sunt. Quinimò sperabamus veteres omnes legitimos Antistites, tanto praesertim à Nobis studio atque amore, ad vetera ipsorum merita mangna atque praeclara novo hoc sacrificio augenda, excitatos Litteris amantissimis Nostris, quod maximè flagitabamus statim responsuros, et spontè ac liberè Ecclesias suas in manibus Nostris resignaturos. Sed quoniam nunc magnâ cum Animi Nostri aegritudine in eo sumus, ut ex unâ parte etsi liberae dimissiones multorum Episcoporum ad Nos venerint, multorum tamen aut nondùm allatae sint, aut Litterae allatae, quae rationes quaerunt, quibus differri hoc sacrificium possit; ex aliâ verò cum maximum periculum sit, ne, si tanta res longiùs differatur, spoliatâ diutiùs suis Pastoribus Galliâ, non solùm Religionis restitutio differatur, sed omnia, quod maximè timendum est, in deteriùs convertantur, atque spes omnes Nostrae ad nihilum recidant; postulat Apostolici Ministerii Nostri ratio, ut Nos, in tanto Rei Christianae discrimine, caeteris rationibus omnibus, quamvis gravibus, unitatis, ac Religionis causâ, quae omnium potissima est judicanda, postpositis, ad ea deveniamus, quae ad opus tam laudabile, tamque Ecclesiae salutare conficiendum omninò necessaria sunt. Nos, itaque, audito consilio plurium Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, derogamus expressè cuicumque assensui legitimorum Archiepiscoporum, Episcoporum, et Capitulorum respectivarum Ecclesiarum, ac aliorum quorumlibet Ordinariorum, et perpetuò interdicimus iisdem quodcumque exercitium cujusvis Ecclesiasticae Jurisdictionis, nullius roboris declarantes quidquid quispiam eorum sit attentaturus,

der rechtmäßigen Hirten vorzugreifen, die vorhin jene Kirchen und Bisthümer besaßen, welche nun alle gemäß der neuen Gränzbestimmung umgeändert sind, und von Uns neue Hirten erhalten sollen. Vielmehr hoften wir, alle alte rechtmäßige Kirchenvorsteher, die Wir besonders mit so vieler Beeiferung und so großer Liebe ermunterten, ihre vorherige großen und herrlichen Verdienste noch durch dieses neue Opfer zu vergrößern, würden auf Unsere liebevollen Zuschriften, wie wir es auch so dringend bathen, gleich antworten, und ihre Kirchen willig und frei in Unsere Hände abgeben. Weil Wir aber nun zu Unserm großen Herzenleid daran sind, daß von einer Seite zwar die freiwillige Abdankungen vieler Bischöfe uns zugegangen, jedoch von vielen entweder noch nicht, oder doch solche Briefe eingeschickt worden sind, die nur Ursachen anführen, wodurch diese Aufopferung verschoben werden könne; von der andern Seite aber Gefahr ist, daß, wenn eine so große Angelegenheit weiter hinausgesetzt wird, und Frankreich seiner Hirten noch länger beraubt bleibt, nicht nur die Herstellung der Religion aufgeschoben, sondern alles, was am meisten zu fürchten ist, schlimmer und alle Unsere Hofnungen zu nichts werden: so fordert es die Eigenschaft Unseres Apostelamtes, daß wir bei so großer, der Christenheit drohender Gefahr, alle übrige Rücksichten, so wichtig sie auch sind, der Einigkeit und Religion halber, welche man als die Hauptsache ansehen muß, bei Seite setzen, und zu demjenigen vorschreiten, was zur Vollendung eines so rühmlichen, der Kirche so heilsamen Werkes nothwendig ist. Wir Benehmen also, nach Anhörung mehrerer Unserer Ehrwürdigen Brüder der H. R. K. Kardinäle, ausdrücklich jedweder Einwilligung der rechtmäßigen Erzbischöfe, Bischöfe und Kapitel der verschiedenen Kirchen und aller anderer Ordinaren, und untersagen denselben auf ewig jede Ausübung irgend einer geistlichen Gerichtsbarkeit, und er-

ita ut eae Ecclesiae, et respectivae earum Dioeceses, sive integrae, sive ex parte, juxta novam peragendam circumscriptionem, et haberi debeant, et sint reverâ prorsùs liberae, ut de iis Nos constituere ac disponere eâ formâ possimus, quae infrà à Nobis indicabitur. Habentes igitur prorsùs pro expressis, et integrè insertis omnia et singula quae praesentibus Litteris necessariò exprimenda, et insereuda forent, supprimimus, annullamus et perpetuò extinguimus titulum, denominationem, totumque statum praesentem infrascriptarum Ecclesiarum Archiepiscopalium et Episcopalium, unà cum respectivis earum Capitulis, Juribus, Privilegiis et Praerogativis cujuscumque generis, nimirùm Archiepiscopalis Parisiensis cum suis Episcopalibus Suffraganeis Carnotensi, Meldensi, Aurelianensi, Blesensi;

item Archiepiscopalis Remensis, et ejus Suffraganearum Suessionensis, Catalaunensis, Silvanectensis, Bellovacensis, Laudunensis, Ambianensis, Noviomensis, Boloniensis;

item Archiepiscopalis Bituricensis, et ejus Suffraganearum Claromontensis, Lemovicensis, Aniciensis, Tutelensis et Sancti Flori;

item Archiepiscopalis Lugdunensis, et ejus Suffraganearum Eduensis, Lingonensis, Matisconensis, Cabillonensis, Divionensis et Sancti Claudii;

Item Archiepiscopalis Rothomagensis, et ejus Suffraganearum Bajocensis, Abrincensis, Ebroicensis, Sagiensis, Lexoviensis, et Constantiensis Provinciae Rothomagensis;

Item Archiepiscopalis Senonensis, et ejus Suffraganearum Trecensis, Autissiodorensis, Bethlemitanae et Nivernensis;

Item Archiepiscopalis Turonensis, et ejus Suffraganearum Cenomanensis, Andegavensis, Rhedonensis, Nannetensis,

klären hiemit alles kraftlos, was immer sich einer von ihnen weiter erlauben wird, so daß diese Kirchen und ihre Bisthümer, ganz oder zum Theil, gemäß der neuen vorzunehmenden Gränzbestimmung, für ganz frei gehalten werden müßen, und es auch in der That sind, damit Wir über sie nach der Art, wie Wir unten anzeigen werden, bestimmen und verfügen können. Wir nehmen also alles und jedes, was in gegenwärtigem Briefe nothwendig ausgedrückt und eingerückt werden müßte, durchaus als ausdrücklich und wörtlich eingerückt an, und unterdrücken, vernichten und erlöschen auf ewig den Titel, die Benennung und die ganze gegenwärtige Verfassung untenbenannter erzbischöflichen und bischöflichen Kirchen mit ihren Kapiteln, Rechten, Privilegien und Vorzügen jeder Art; nämlich:

Die erzbischöfliche Kirche zu Paris mit ihren Suffragan-Bisthümern Chartres, Meaux, Orleans und Blois.

Das Erzbisthum Reims mit seinen Suffragan-Bisthümern Soissons, Chalons-sur-Marne, Senlis, Beauvais, Laon, Amiens, Noyon und Boulogne.

Das Erzbisthum Bourges mit seinen Suffragan-Bisthümern Clermont, Limoges, Le Puy, Tulle und Saint-Flour.

Das Erzbisthum Lyon mit seinen Suffragan-Bisthümern Autun, Langres, Macon, Chalons-sur-Saone, Dijon und Saint-Claude.

Das Erzbisthum Rouen und seine Suffragan-Bisthümer Bayeux, Avranches, Evreux, Seez, Lisieux und Coutances.

Das Erzbisthum Sens mit seinen Suffragan-Bisthümern Troyes, Auxerre, Bethléem und Nevers.

Das Erzbisthum Tours mit seinen Suffragan-Bisthümern Mans, Angers, Rennes, Nantes, Quimper, Van-

tensis, Corisopitensis, Venetensis, Leonensis, Trecorensis, Briocensis, Macloviensis et Dolensis;

item Archiepiscopalis Albiensis, et ejus Suffraganearum Ruthenensis, Castrensis Provinciae Albiensis, Cadurcensis, Vabrensis, et Mimatensis;

Item Archiepiscopalis Burdegalensis, et ejus Suffraganearum Agennensis, Engolismensis, Xantonensis, Pictaviensis, Petragoricensis, Condomiensis, Sarlatensis, Rupellensis et Lucionensis;

Item Archiepiscopalis Auxitanensis, et ejus Suffraganearum Aquensis Provinciae Auxitanae, Lectorensis, Convenarum, Conseranensis, Adurensis, Vazatensis, Tarbiensis, Olorensis, Lascurrensis et Bayonnensis;

Item Archiepiscopalis Narbonensis, et ejus Suffraganearum, Biterrensis, Agathensis, Nemausensis, Carcassonensis, Montis-Pessulani, Lodovensis, Uticensis, Sancti Pontii Thomeriarum, Electensis, Alesiensis et Elnensis;

Item Archiepiscopales Tolosanae, et ejus Suffraganearum Montis Albani, Mirapicensis, Varensis, Rivensis, Lumbariensis, Sancti Papuli, et Appamiarum;

Item Archiepiscopalis Arelatensis, et ejus Suffraganearum Massiliensis, Sancti Pauli Tricastriensis, Tolonensis et Aurajacensis;

Item Archiepiscopalis Aquensis in Provinciâ Provinciae, et ejus Suffraganearum Aptensis, Regensis, Forojuliensis, Vapincensis et Sistaricensis;

Item Archiepiscopalis Viennensis in Delphinatu, et ejus Suffraganearum Gratianopolitanae, Vivarensis, Valentinensis, Diensis, Maurianensis, et Gebennensis;

Item Archiepiscopalis Ebredunensis, et ejus Suffraganearum Dignensis, Grassensis, Venciensis, Glandatensis, Senecensis et Niciensis;

Item Archiepiscopalis Cameracensis, et ejus Suffraganea-

nes, Saint-Pol-de-Leon, Treguier, Saint-Brieux, Saint-Malo und Dol.

Das Erzbisthum Albi mit seinen Suffragan-Bisthümern Rhodes, Castres, Cahors, Vabres und Mende.

Das Erzbisthum Bordeaux mit seinen Suffragan-Bisthümern Agen, Angouleme, Saintes, Poitiers, Perigeux, Condom, Sarlat, la Rochelle und Luçon.

Das Erzbisthum Auch mit seinen Suffragan-Bisthümern Dax, Lectoure, Comminges, Conseraes, Aire, Bazas, Tarbes, Oleron, Lescar und Bayonne.

Das Erzbisthum Narbonne mit seinen Suffragan-Bisthümern Beziers, Agde, Nismes, Carcassonne, Montpellier, Lodeve, Uzes, Saint-Pons, Aleth, Alais und Elne oder Perpignan.

Das Erzbisthum Toulouse mit seinen Suffragan-Bisthümern Montauban, Mirepoix, Lavour, Rieux, Lombez, Saint-Papoul und Pamiers.

Das Erzbisthum Arles mit seinen Suffragan-Bisthümern Marseille, Saint-Paul-Trois-Chateaux, Toulon und Orange.

Das Erzbisthum Aix mit seinen Suffragan-Bisthümern Apt, Riex, Frejus, Gap und Sisteron.

Das Erzbisthum Vienne in dem ehemaligen Dauphiné mit seinen Suffragan-Bisthümern Grenoble, Viviers, Valence, Die, Maurienne und Genéve.

Das Erzbisthum Embrun mit seinen Suffragan-Bisthümern Digne, Grasse, Vence, Glandéve, Senez und Nice.

Das Erzbisthum Cambrai mit seinen Suffragan-Bisthümern Arras, Saint-Omer, Tournay und Namur.

Das Erzbisthum Besançon mit seinem Suffragan-Bisthum Belley.

rum Atrebatensis, Audomarensis, Tornacensis, et Namurcensis;

Item Archiepiscopalis Bisuntinae, et ejus Suffraganeae Bellicensis;

Item Archiepiscopalis Trevirensis, et ejus Suffraganearum Metensis, Tullensis, Virdunensis, Nanceiensis, et Sancti Deodati,

Item Archiepiscopalis Moguntinae;

Item Archiepiscopalis Avenionensis, et ejus Suffraganearum Carpentoractensis, Vasionensis, et Cavallicensis;

Item Archiepiscopalis Mechliniensis, et Episcopalium Argentinensis, Leodiensis, Iprensis, Gandavensis, Antuerpiensis, Ruremundensis et Brugensis;

Item Archiepiscopalis Tarantasiensis et Episcopalium Camberiensis, Marianensis et Acciensis, Adjacensis, Sagonensis, Nebbiensis, et Aleriensis, ita ut (deleto etiam omni jnre Metropolitico cujuscnmque Metropolitani ubicumque existentis) omnes supradicti Archiepiscopatus et Episcopatus cum Abbatiis, etiamsi eae vcrè essent nullius, cum separato Territorio et jurisdictione, haberi debeant in posterum tamquam non ampliùs in primo ipsorum statu existentes, quia aut omnimodi extincti, aut in novam formam erigendi. Derogamus item cuicumque assensui illorum Archiepiscoporum, Episcoporum, Capitulorum ac quorumcumqne Ordinariorum, quorum Ecclesiae, ac Dioeceses, cùm contineantur ex parte in supradictâ extensione Dominii Gallicani, ex hoc tempore haberi debebunt perpetuò exemptae, ac separatae à quâcumque Jurisdictione, Jure ac Prerogativâ praedictorum Archiepiscoporum, Episcoporum, Capitulorum, aliorumque Ordinariorum, ad hoc ut respectivè earum partes applicari, uniri, atque corporari possint cum Ecclesiis, ac Dioecesibus novà circumscriptione (ut infrà) erigendis, firmis ta-

Das Erzbisthum Trier mit seinen Suffragan-Bisthümern Metz, Toul, Verdun, Nancy und Saint-Diez.

Das Erzbisthum Mainz.

Das Erzbisthum Avignon mit seinen Suffragan-Bisthümern Carpentras, Vaison und Cavaillon.

Das Erzbisthum Mecheln; die Bisthümer Strasburg, Lüttich, Ypren, Gent, Antwerpen, Ruremond und Brügg.

Das Erzbisthum Tarentaise und die Bisthümer Chambéry, Mariana, Accia, Ajaccio, Sagone, Nebbio und Aleria; *)

So, daß (auch mit Vernichtung aller erzbischöflichen Gerechtsamen eines jeden Metropoliten, wo er immer seyn mag) alle obenbenannte Erzbisthümer und Bisthümer mit den Abteien, wären diese auch wirklich von jenen unabhängig, mit eines jeden besonderm Grundgebiethe und Gerichtsbarkeit, in Zukunft als solche angesehen werden müssen, die nicht mehr in ihrer ersten Verfassung bestehen, weil sie entweder gänzlich erlöscht sind, oder eine neue Gestalt erhalten werden.

Auch benehmen Wir jeder Einwilligung jene Erzbischöfe, Bischöfe, Kapitel und alle Ordinaren, deren Kirchen und Bisthümer zum Theil in obengesagtem Gebiethe Frankreichs liegen, diese Theile müssen vom heutigen Tage an aller Gerichtsbarkeit, allen Vorrechten jener Erzbischöfe, Bischöfe, Kapitel und anderer Ordinaren auf ewig entzogen und davon getrennt angesehen werden, und dies darum, damit solche Theile zu den, in der neuen Begränzung (wie unten) zu errichtenden Kirchen und Bisthümern geschlagen, mit ihnen vereinigt und denselben einverleibet werden können; doch sollen die Rechten, Privilegien und Gerichtsbarkeit dieser Erzbischöfe, Bischöfe, Kapituln und Ordinaren in jenem Ge-

*) In allem 23 Erzbisthümer und 134 Bisthümer.

men remanentibus Juribus, Privilegiis, ac jurisdictione ipsorum Archiepiscoporum, Episcoporum, Capitulorum, et Ordinariorum in eâ parte territoriorum quae Dominationi Gallicanae non subjacet (quod idem decernimus relatè ad eas Metropolitanas, et Cathedrales Ecclesias, quas suprà nominatim suppressimus, et extinximus, si eae fortè partem aliquam suarum Dioecesium habent extra fines actualis Territorii Gallicanae Reipublicae) reservata Nobis curâ prospiciendi in posterum tum partibus illarum Dioecesium, quae pridem ab Episcopis Gallicanis regebantur, atque in aliorum Principum ditione nunc constitutae sunt, tum etiam Cathedralibus Ecclesiis, quae extra limites dicti Gallicani Territorii existentes anteà Suffraganeae essent antiquorum Galliae Archiepiscoporum, quaeque in novo hoc rerum ordine suo Metropolitano carere inveniantur.

Volentes nunc necessariam Constitutionem Ecclesiastici Regiminis Catholicorum subditorum Reipublicae Gallicanae exequi, prout etiam Nobis Primus Consul ejusdem Gallicanae Reipublicae se desiderare significavit, Apostolicis hisce Nostris Litteris de novo constituimus et erigimus decem Ecclesias Metropolitanas, itemque quinquaginta Ecclesias Episcopales pro totidem Archiepiscopis et Episcopis, nimirùm Ecclesiam Archiepiscopalem Parisiensem, et Ecclesias Episcopales Versalliensem, Meldensem, Ambianensem, Atrebatensem, Cameracensem, Suessionensem, Aurelianensem et Trecensem, quas ei in Suffraganeas assignamus; Ecclesiam Archiepiscopalem Bituricensem cum Ecclesiis Episcopalibus Lemovicensi, Claromontensi et Sancti Flori, quas ei in Suffraganeas assignamus; Ecclesiam Archiepiscopalem Lugdunensem, et Ecclesias Episcopales Mimatensem, Gratianopolitanam, Valentinensem et Camberiensem, quas ei in Suffraganeas assignamus;

Wir ermahnen aber dringend die Erzbischöfe und Bischöfe, daß sie so geschwind, als möglich, von erwähnter Gewalt zum Vortheil ihrer Bisthümer, zur Ehre der Metropolitan- und Kathedralkirchen, zur Verherrlichung der Religion und zur Erleichterung ihrer Amtsverwaltung Gebrauch machen, und sich dabei an das erinnere, was von der Kirche über die Errichtung der Kapitel verordnet worden. Wir hoffen, daß sie dieses um so leichter vollbringen können, da selbst in dem zwischen Sr. Heiligkeit und der französischen Regierung zu Paris glücklich geschlossenem Vergleiche festgesetzt worden, daß jeder Erzbischof und Bischof in Frankreich in der Metropolitan- und Kathedralkirche ein Kapitel haben könne.

Damit aber bei dem, was die Errichtung der Kapitel

Ut verò in iisdem Metropolitanis et Cathedralibus Ecclesiis in iis, quae ad Capitula, ut suprà erigenda spectant, Ecclesiastica Disciplina servetur, iisdem Archiepiscopis, et Episcopis primofuturis curae erit, ut quae pertinent ad eorumdem Capitulorum sic erigendorum prosperum et felicem statum, regimen, gubernium, directionem, divinorum Officiorum celebrationem, caeremonias ac ritus in iisdem Ecclesiis, earumque Choro servandos, ac alia quaelibet per eorumdem Capitulorum Dignitates, et Canonicos obeunda munia, pro eorumdem Archiepiscoporum, et Episcoporum arbitrio, et prudentiâ definiantur et constituantur, relictâ tamen eorum Successoribus statutorum illorum immutandorum facultate, requisito priùs Capitulorum respectivorum consilio, si, attentis temporum circumstantiis, id utile et opportunum judicaverint: in ipsis autem statutis vel condendis, vel immutandis religiosa Sacrorum Canonum observantia retineatur, usuumque, ac consuetudinum laudabilium anteà vigentium, praesentibusque circumstantiis accommodatarum ratio habeatur. Quam quidem Capitulorum erectionem, caeteraque omnia ad ipsa Capitula pertinentia singuli Archiepiscopi, et Episcopi cùm primum perfecerint, erectionis hujusmodi, omniumque hanc in rem constitutorum acta authenticâ formâ exarata Nobis reddenda curent, ut ad perfectam Apostolicarum Litterarum executionem huic Nostro Decreto inserere possimus.

Porrò Metropolitanis, et Cathedralibus Ecclesiis sic constitutis, illud superesset, ut juxta receptam Apostolicae Sedis consuetudinem de earumdem dotatione, et redditibus statueremus. Sed cùm hanc ipsam dotationem Gallicanum Gubernium, memoratae Conventionis vigore, in se susceperit, ut, quantum in Nobis est, praefatae

consue-

betrift, die Kirchenzucht beobachtet werde: so werden die erstkünftigen Erzbischöfe und Bischöfe dafür sorgen, daß alles, was zur Wohlfahrt und Regierung der so zu errichtenden Kapitel, zur Haltung des Gottesdienstes, zu den in den Kirchen und dem Chore zu beobachtenden Zeremonien gehöret, und jede andere von den Ehrenstellen der Kapiteln und von den Stiftsherrn zu leistende Pflicht nach Gutfinden und Einsicht der Erzbischöfe und Bischöfe vorgeschrieben und festgesetzt werde; doch soll ihren Nachfolgern die Macht unverhalten seyn, auf vorläufige Berathschlagung mit den Kapiteln, jene Verordnungen abzuändern, wenn sie es nach den Zeitumständen nützlich und dienlich finden. Bei Abfassung oder Abänderung der Kapitelsschlüsse soll aber nach den heiligen Kirchengesätzen gewissenhaft verfahren, und auf die löblichen Gebräuche und Gewohnheiten, die vorhin in Uebung waren, und auf die jetzigen Verhältnisse der Dinge noch passend sind, Rücksicht genommen werden. Sobald nun jeder Erzbischof und Bischof die Errichtung der Kapitel und alles übrige, was dazu gehöret, wird zu Stande gebracht haben, so wird er Uns die in beglaubigter Form ausgefertigten Urkunden über solche Errichtung und über alles, was in dieser Sache festgesetzt worden, einhändigen lassen, damit Wir selbe zur gänzlichen Vollziehung der appstolischen Briefe diesem Unserm Dekrete einrücken können.

Nach Aufstellung der Metropolitan- und Kathedralkirchen wäre demnach noch übrig, daß Wir nach angenommener Gewohnheit des apostolischen Stuhles euch über ihre Begabung und ihre Einkünfte verordneten. Da aber die französische Regierung diese Begabung kraft des gemeldten Vergleiches übernommen hat: so erklären Wir, um so viel an Uns liegt, bemerkter Gewohnheit genugzuthun, daß die Be-

consuetudini satisfaciamus, declaramus, earumdem Ecclesiarum dotationem ex iis redditibus conflatam fore, qui ab ipso Gubernio juxta praefatae Conventionis tenorem, singulis Archiepiscopis, et Episcopis quamprimùm assignandi erunt, quosque sufficientes fore justè confidimus, ut iidem Archiepiscopi dignitatis suae decenter onera ferre, et munia dignè valeant implere.

Et quoniam, ut in saepe memoratâ Conventione Parisiis peractâ, atque à Sanctitate Suâ per Apostolicas supracitatas Litteras adprobatâ constitutum est, nova à futuris Archiepiscopis, et Episcopis Paraeciarum circumscriptio in singulorum Dioecesibus facienda est, quam minimè dubitamus talem futuram, quae Fidelium in unaquâque Dioecesi existentium tum copiae, tum necessitati respondeat, ne illis doctrinae pabula, sacramentorum subsidia, atque ad aeternam salutem assequendam adjumenta possint deesse, ùt impedimenta omnia quae expeditam, ac plenam ipsius Conventionis, hâc in parte, executionem à singulis Antistitibus peragendam retardare possent, penitùs removeantur, necessarium propterea ducimus, ut eo modo, quo de Dioecesibus factum est, hujusmodi novae Paraeciarum circumscriptioni viam sternamus. Hinc ergo est, quod Nos de praefatâ Apostolicâ Auctoritate Nobiscum, ut suprà, communicatâ, omnes et singulas Parochiales Ecclesias, quae in territoriis Dioecesium novae circumscriptionis continentur, et in quibus animarum cura per quemcumque Presbyterum exercetur, qui Parochi, Rectoris, Vicarii perpetui, aut alio quocumque titulo, et appellatione gaudet, cum suis titulis, animarum curâ, et jurisdictione quâcumque, *nunc pro tunc*, suppressas perpetuò fore declaramus; ita ut, cum singulis Ecclesiis in unaquâque Dioecesi in Parochiales erectis singuli Parochi, seu Rectores novorum Antistitum auctoritate praefecti fuerint,

gabung jener Kirchen aus denjenigen Einkünften bestehen werde, welche die Regierung selbst dem Vergleiche gemäß jedem Erzbischofe und Bischofe anweisen muß; wir trauen darauf, daß selbe hinreichend seyn werden, damit die Erzbischöfe und Bischöfe die Last ihrer Würde mit Anstand tragen, und ihr Amt erfüllen können.

Und da in dem zu Paris geschlossenen, und von Sr. Heiligkeit durch obigen apostolischen Brief genehmigten Vergleiche angeordnet worden, daß die künftigen Erzbischöfe und Bischöfe eine neue Begränzung der Pfarreien in jedem Bisthum vornehmen sollen, die, wie wir gar nicht zweifeln, so ausfallen wird, daß sie der Menge, wie dem Bedürfen der in jedem Bisthum lebenden Glaubigen angemessen sey, damit es diesen nicht an der Nahrung des Unterrichtes, an dem Beistand der Sakramenten und an Hilfsmitteln zur Erhaltung des ewigen Heiles fehle: so haben wir es, um alle Hindernisse, die einen schleunigen und völligen Vollzug des Vergleiches in diesem Punkte aufhalten könnten, gänzlich wegzuräumen, für nöthig erachtet, dieser neuen Gränzbestimmung der Pfarreien auf eben die Art, wie bei den Bisthümern geschehen ist, den Weg zu bahnen. Wir erklären daher aus der Uns mitgetheilten apostolischen Gewalt, daß alle und jede Pfarrkirchen, welche im Gebiethe der Bisthümer nach der neuen Gränzbestimmung liegen, und worin die Seelsorge durch jedweden Priester unter dem Namen eines Pfarrers, Rektors, Vikars, oder wie er immer heißen mag, ausgeübet wird, mit ihren Titeln, mit ihrer Seelsorge und jeder andern Amtsgewalt jetzt und für immer auf ewig aufgehoben sind, so daß, wen die neuen Bischöfe jeder Kirche, die in jedem Bisthum zur Pfarrkirche erhoben wird, einen Pfarrer oder Rektor vorgesetzt haben, alle Amtsgewalt der alten Pfarrer in dem, den neuen Pfarreien ange-

omnis antiquorum Parochorum jurisdictio in territorio novis Paraeciis assignato cessare prorsùs debeat, neque ullus, praeter novos Parochos, seu Rectores à novis Antistitibus institutos, illarum Ecclesiarum, aut in eo Territorio Parochus, Rector, aut alio quolibet titulo, et appellatione gaudens, censeri, et haberi, neque animarum in eo territorio contentarum curam exercere ampliùs possit.

Singulis verò Parochialibus Ecclesiis sic erigendis pro congruâ Rectorum sustentatione eos redditus qui, ut in supradictâ Conventione statutum est, assignandi erunt, iidem Archiepiscopi et Episcopi dotationis locum habituros fore declarabunt.

Haec omnia cùm singuli Antistites perfecerint, quod, quàm citissimè ut prestetur ab ipsis vehementer cupimus, et hortamur, eorum quilibet Nobis reddendum curet exemplar Decreti authenticâ formâ exaratum erectionis omnium Ecclesiarum Parochialium totius Dioecesis suae, adjuncto singularum Titulo, Invocatione, extensione, terminatione, limitibus, Congruâ, adnotatisque nominibus Civitatum, Pagorum, et Locorum, in quibus singulas Paraecias erexerint, ut exemplar ipsum, Nostro pariter huic Decreto inserere possimus ad supplendam enumerationem Paraeciarum et Locorum, ex quibus unaquaeque Dioecesis extare debebit, quae juxta receptam consuetudinem à Nobis peragi debuisset.

Seminarium quoque, ut in suprà memoratâ Conventione similiter firmatum est, ad erudiendam in pietate, litteris omnique Ecclesiasticâ Disciplinâ juventutem, quae clericalis militiae est viam ingressura, quibus poterunt modis ac temporalibus adjumentis ad SS. Canonum et Conciliorum Sanctiones Archiepiscopi, et Episcopi omnes

wiesenen Gebiethe gänzlich aufhören muß, und daß ausser den neuen, von den neuen Bischöfen eingesetzten Pfarrern oder Rektorn, kein anderer als Pfarrer jener Kirchen, als Rektor oder wie er denn immer benannt wird, angesehen werden, noch in ihrem Sprengel die Seelsorge weiter ausüben kann.

Die Erzbischöfe und Bischöfe werden aber erklären, daß diejenigen Einkünften, welche man dem Vergleiche zufolge anweisen muß, jeder so zu errichtenden Pfarrkirche zum angemessenen Unterhalte ihrer Vorsteher anstatt der Begabung dienen werden.

Wenn die Bischöfe das alles vollbracht haben, wie Wir sie dringend bitten und ermahnen, es aufs schlennigste zu thun: so wird jeder von ihnen dafür sorgen, daß Uns eine in beglaubigter Form ausgefertigte Abschrift des Dekretes über die Errichtung aller Pfarreien in ihrem ganzen Bisthum eingehändiget werde; sie werden von jeder den Titel, den Namen ihres Heiligen, den Umfang, die Gränze, das Auskommen beifügen, und die Namen der Städte, Dörfer und Oerter bemerken, worin sie jede Pfarrkirche errichtet haben, damit Wir diese Abschrift Unserm Dekrete gleichfalls einrücken können, um das Verzeichniß der Pfarreien und Oerter, woraus jedes Bisthum bestehen soll, vollständig zu machen, welches Wir nach hergebrachter Gewohnheit hätten verfertigen müßen.

Auch sollen die neuen Erzbischöfe und Bischöfe, so geschwind nur möglich ist, dafür sorgen, daß das Seminar, wie gleichfalls in dem Vergleiche festgesetzt ist, auf alle ihnen mögliche Art auch mit Zuziehung weltlichen Beistandes, nach Vorschrift der heiligen Kirchensatzungen und Concilien angestellt werde, um die jungen Leute, die sich zum geistlichen Stande anschicken, in der Frömmigkeit, in den Wis-

Ecclesiis novae circumscriptionis praeficiendi, quàm citissimò fieri poterit, curent instituendum; eique sic erecto, et instituto eas leges praescribant, tum quod ad scientiarum studia, tum quod ad omnem pietatis, et disciplinae rationem, quae magis accommodatae suarum Ecclesiarum utilitatibus, temporumque circumstantiis ipsis in Domino videbuntur.

In id praetereà Archiepiscopi et Episcopi ipsi sedulò incumbant, ut Metropolitanae, et Cathedrales Ecclesiae, si quae vel reparatione aliquâ indigeant, vel sacris suppellectilibus, caeterisque, pro decenti Pontificalium usu, Divinique Cultûs exercitio vel omnino carent, vel non satis instructae sunt, ad utramque rem ipsis necessaria comparentur.

Metropolitanis, et Cathedralibus Ecclesiis, ut suprà, erectis, finibus singularum Diocesium novae circumscriptionis designatis, caeterisque statutis, quae Capitulorum, Paraeciarum, et Seminariorum erectiones, totamque Gallicanarum Ecclesiarum ordinationem respiciunt, Nos, de speciali, et expressâ Apostolicâ auctoritate, Civitates in Archiepiscopales, et Episcopales, ut praefertur, erectas, itemque memoratas, et singnlis Ecclesiis pro Dioecesi adscriptas atque attributas Provincias, seu Regiones, et in iis contentos utriusque sexûs habitatores et incolas, tam Laïcos, quàm Clericos et Presbyteros, novis praedictis Ecclesiis, illarumque futuris Praesulibus, pro suis Civitate, Territorio, Dioecesi, Clero, et Populo, perpetuò assignamus et respectivè in spiritualibus et in ordine ad Religionis officia supponimus atque subjicimus. Quocircà Personis, Archiepiscopalibus et Episcopalibus Ecclesiis sic erectis et institutis, in Archiepiscopos, et Episcopos, tam pro hac primâ vice, quàm aliis futuris vacationibus, Aposto-

senschaften und in allem, was zur Kirchenzucht gehöret, zu unterweisen, sie sollen demselben nach seiner Errichtung und Einsetzung so wohl über die Betreibung der Wissenschaften, als über alles, was auf Zucht und Frömmigkeit Bezug hat, solche Gesätze vorschreiben, die ihnen dem Wohl ihrer Kirchen, wie den Zeitumständen am angemessensten scheinen.

Nebstdem sollen die Erzbischöfe und Bischöfe sich ämsig darum bemühen, daß die Metropolitan- und Kathedralkirchen, wenn einige von ihnen einer Ausbesserung bedörfen, oder die heiligen Geräthe und das übrige zum Gebrauche bei den bischöflichen Amtsverrichtungen und zur Abhaltung des Gottesdienstes entweder gar nicht, oder doch nicht hinreichend haben, mit den Nothwendigkeiten für Beides versehen werden.

Nachdem nun die Metropolitan- und Kathedralkirchen errichtet, jedem Bisthum die neuen Gränzen bestimmt, und die übrigen Dinge festgesetzt sind, welche auf die Errichtung der Kapitel, Pfarreien, Seminarien und die ganze Anordnung der französischen Kirchen Bezug haben: so wollen wir hiemit aus besonderer aud ausdrücklicher apostolischer Gewalt die Städte, die zu Erzbischöflichen und Bischöflichen erhoben worden, die Provinzen und Länder, welche jeder Kirche zum Bisthum angewiesen und zugeeignet worden, und derer Einwohner beiderlei Geschlechtes, so wohl Layen, als Geistliche und Priester, den neuen Kirchen und ihren künftigen Vorstehern zu ihrer Stadt, Gebieth, Bisthum, Geistlichkeit und Volk auf ewig angewiesen, ihnen in geistlichen Dingen und in Hinsicht auf die Religionsverrichtungen unterworfen haben. Dem Zufolge erlauben Wir den Personen, welche den so errichteten und eingesetzten erzbischöflichen und bischöflichen Kirchen, so wohl für diesmal, als bei andern künftigen Erledigungen durch apostolische Macht vorgesetzt werden.

licâ Auctoritate praeficiendis licebit (quemadmodum iisdem de simili Auctoritate praecipimus, et mandamus) per se ipsos, vel per alios eorum nomine, veram, realem, actualem, et corporalem possessionem, seu quasi, regiminis, administrationis, et omnimodi juris Dioecesani in respectivis praedictis Civitatibus, et earum Ecclesiis, et Dioecesibus ac Mensis Archiepiscopalibus, et Episcopalibus assignatis, vel assignandis, vigore Litterarum Apostolicarum provisionis de eorum personis liberè apprehendere, apprehensamque perpetuò retinere.

Propterea que statim ac novi Archiepiscopi et Episcopi canonicè, ut suprà, instituendi suarum Ecclesiarum regimen actu consecuti erunt, omnis antiquorum Archiepiscoporum, Episcoporum, Capitulorum, Administratorum, ac sub alio quocumque titulo Ordinariorum jurisdictio cessare prorsùs debebit, facultatesque omnes ipsorum Ordinariorum nullius ampliùs erunt roboris vel momenti.

Demum, quoniam Primi Galliarum Reipublicae Consulis vota et postulata in id etiam intenderint, ut in magnis illis Insulis, amplisque Indiarum Occidentalium Regionibus, quae praesenti Gallicanae Reipublicae Dominationi subjacent, res Ecclesiasticae componantur, et necessitati Fidelium, qui magno numero eas incolunt Regiones consulatur, cùmque Sanctissimo Domino Nostro per suas Apostolicas sub plumbo Litteras sub datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, Incarnationis Dominicae 1801, 3°. cal. Decembris, quarum initium, *Apostolicum universae*, hujusmodi negotio provisum sit; huic propterea operi manum jam apposuimus ut ipsae Apostolicae Litterae debitae executioni mandentur.

Putamus tandem per Apostolicas hîc praeinsertas Litteras, Nòstrumque Decretum ita provisum cuicumque

(so wie Wir es ihnen hiemit vermöge der nämlichen Macht befehlen) persönlich, oder durch andere in ihrem Namen von der Regierung, Verwaltung und allen bisthümlichen Rechten in vorgenannten Städten und ihren Kirchen, von den Bisthümern und den angewiesenen, oder noch anzuweisenden erzbischöflichen und bischöflichen Einkünften, kraft der apostolischen Bestallungs-Briefe für ihre Personen, wahren, reellen, wirklichen und körperlichen Besitz frei zu nehmen, und den genommenen ewig zu behalten.

Sobald demnach die neuen kanonisch einzusetzenden Erzbischöfe und Bischöfe die Regierung wirklich angetreten haben, soll alle Gerichtsbarkeit der alten Erzbischöfe, Bischöfe, Kapitel, Verwalter und Ordinaren, wie sie immer heißen mögen, gänzlich aufhören müssen, und alle ihren Ordinaren übertragene Gewalt nicht weiter gültig und kräftig seyn.

Da endlich die Wünsche und Forderungen des ersten Konsuls der französischen Republik auch das bezwecken, daß in jenen großen Inseln und weitschichtigen Ländern Westindiens, welche der jetzigen Oberherrschaft der französischen Republik unterworfen sind, die kirchlichen Angelegenheiten in Ordnung gebracht werden, und dem Bedürfen der Glaubigen, die in großer Anzahl jene Länder bewohnen, Vorsorge geschehe, und da Unser heiligste Vater durch seinen apostolischen Brief, gegeben zu Rom bei der heiligen Maria der Größern im Jahre der Menschwerdung des Herrn 1801, am 29. Novemb. der mit den Worten: Apostolicum universae, anfängt, auch für solches Geschäft gesorgt hat; so haben Wir nun auch an dieses Werk Hand gelegt, damit der apostolische Brief gehörig vollzogen werde.

Endlich glauben Wir durch den hier angeführten Brief und Unser Dekret für alles, was dazu beitragen soll, die Verfassung der französischen Kirchen auf alle künftige Zeiten

rei, quae ad Gallicanarum Ecclesiarum statum in omne reliquum tempus componendum conducat, ut omnibus dubiis, quaestionibusque aditus sit occlusus. Quod si fortè accederit, ut aliquae excitentur controversiae, aut super intelligentiâ, sensu, executione tum praedictarum Litterarum, tum Decreti Nostri dubium aliquod exoriatur, quoniam Sanctissimo Domino Nostro visum est in iisdem Litteris ad controversias hujusmodi dijudicandas, et ad ea generatim perficienda omnia, quae per se ipsam S. S. efficere posset, amplissimis Nos facultatibus instruere, declaramus ea dubia, quaestionesque, nullis excitatis contentionibus, quae Ecclesiae non minùs, quàm Reipublicae, tranquillitatem perturbare possent, confestim ad Nos deferri debere, ut eas explicare, dissolvere, componere. et respectivè interpretari, de praefatâ Apostolicâ Auctoritate possimus.

Haec autem omnia tam in praefatis Apostolicis Litteris, quàm in praesenti decreto contenta, ab iis, ad quos spectat, inviolabiliter observari volumus: non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus etiam speciali et individuâ mentione dignis, caeterisque quae Sanctitas Sua in dictis Litteris voluit non obstare.

In quorum fidem praesentes manu Nostra signatas, Secretarii Nostrae Legationis Apostolicae subscriptione, Nostroque Sigillo muniri mandavimus.

Datum Parisiis, ex AEdibus Nostrae Residentiae, hac die 9 Aprilis 1802.

Jo.-Baptista Cardinalis CAPRARA, Legatus.

Loco ✝ Sigilli.

J.A. SALA, Apostolicae Legationis Secretarius.

anzuordnen, so Vorsehung gethan zu haben, daß jedem Zweifel und Nachgrübeln der Weg verschlossen ist. Sollte jedoch der Fall eintreten, daß sich einige Streitigkeiten erheben, oder über die Deutung, Sinn und Vollziehung obengenannter Briefe und Unseres Dekretes ein Zweifel entsteht: so erklären Wir zufolge der ausgedehntesten Vollmacht, womit unser heiligste Vater Uns in den nämlichen Briefen zu versehen gut gefunden hat, dergleichen Streitigkeiten abzuurtheilen, und überhaupt alles das zu thun, was von Sr. Heiligkeit selbst geschehen könnte, daß diese Zweifel und Nachfragen, ohne einige Zänkereien zu erregen, welche die Ruhe der Kirche nicht weniger als des Staates stören könnten, gleich an Uns gebracht werden müssen, damit Wir selbe aus genannter apostolischer Macht erläutern, auflösen, ausgleichen und deuten können.

Wir wollen aber, daß alles, was in erwähnten apostolischen Briefen so wohl, als in gegenwärtigem Dekrete enthalten ist, von jenen, die es angeht, unverbrüchlich beobachtet werde, ungeachtet all derjenigen, die dagegen handeln, auch hier auf eine besondere und persönliche Meldung anspruch haben, und ungeachtet alles übrigen, was Se. Heiligkeit in gesagten Briefen nicht wollte dagegen gelten lassen.

Zur Beglaubigung alles dessen haben Wir gegenwärtiges eigenhändig unterzeichnet, von Unserm apostolischen Legations-Sekretär unterschreiben, und mit Unserm Siegel befestigen lassen.

Gegeben zu Paris in Unserer Residenz, am 9. April 1802.

J. B. Kardinal Caprara, Legat.

Anstatt ✠ des Siegels.

Joseph Anton Sala,
apostolischer Legations-Sekretär.

LITTERAE AOSTOLICAE, SUB PLUMBO,

Quibus Eminentissimus et Reverendissimus Dominus Cardinalis Caprara, *Legatus à Latere constituitur.*

Pius, Episcopus, servus servorum Dei, Dilecto Filio Nostro Joanni Baptistae, Tituli Sancti Honuphrii, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Caprara nuncupato, Archiepiscopo, Episcopo AEsino, ad carissimum in Christo Filium Nostrum Naupoleonem Bonaparte, Primum Galliarum Reipublicae Consulem Gallicanamque Nationem, Nostro et Apostolicae Sedis Legato de Latere, Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Dextera Altissimi, quae semper in ostensione virtutis magnificata est, renovavit etiam temporibus hisce nostris magnalia sua. Illud siquidem est operata ut tot inter impetus, ac procellarum jactationes, quibus universa Gallia tamdiù est agitata, longè maxima Nationis illius pars Religionis quam à majoribus acceperat, et ab incunabulis hauserat, retinentissima fuerit, in eâque conservandâ avorum suorum gloriam, à quibus tot bona accepit Ecclesia, ad momoriam saeculorum omnium sit aemulata. Propterea nec desivimus, nec desituri unquam erimus in omni spiritûs Nostri humilitate gratias agere Misericordiarum Deo, qui tot inter angustias quibus undique pre-

Apostolischer Brief

in Blei gesiegelt.

Wodurch Se. Eminenz der Hochwürdigste Herr Kardinal Caprara zum Legat à Latere ernannt wird.

Pius Bischof, Diener der Diener Gottes, Unserm geliebten Sohn Johan Baptist Caprara genannt, unter dem Titel des heiligen Honuphrius der heiligen römischen Kirche Kardinal Priester, Erzbischof, Bischof zu Aesis, Unserm und des apostolischen Stuhles Legat à Latere bei Unserm liebsten Sohne in Christo, Napoleon Bonaparte, ersten Konsul der französischen Republik und bei der französischen Nazion, Heil und apostolischen Segen.

Die Hand des Allerhöchsten, die sich allzeit durch die Kraftäusserung kund gethan, hat auch in unsern Tagen ihre Großthaten erneuert. Denn sie hat es gewirket, daß unter so vielen Anfällen und Stürmen, wovon Frankreich so lang erschüttert wurde, der bei weitem größte Theil dieser Nazion bei der Religion, die sie von ihren Voräältern ererbet, und von der Wiege an eingesogen hat, auf's standhaftigste ausgehalten, und in Aufrechthaltung derselben dem Ruhme ihrer Ahnen, wovon die Kirche so viel Gutes empfangen, zum Andenken für alle Jahrhunderte nachgeeifert hat. Deshalb haben Wir nicht aufgehöret, und werden nie aufhören, in aller Demuth des Geistes dem Gott der Barmherzigkeit zu dan-

mimur, tantasque curarum moles quas, cùm semper, tum iis potissimùm temporibus necessariò habere debet sarcina supremi Episcopatûs quae infirmitati Nostrae, inscrutabili Dei judicio est imposita, ad consolandos Nos Divinitatis suae lumine, rationem Nobis suppeditare est dignatus, quâ Catholica Religio ad liberum ministeriorum suorum exercitium in Regionibus illis revocata, ad pristinam Cultûs sui puritatem, sanctitatemque possit reflorescere. Paterna charitas quâ Nos Gallicanam Nationem semper complexi fuimus, et ardentia illa studia quibus urgemur ut opus tam benè susceptum, auxiliante Deo, ad majorem ejus gloriam per imbecillitatem Nostram feliciter conficiatur, Nos vehementer sollicitos habet, rationesque omnes excogitare cogit, quae ad hoc tantum bonum constituendum conferant, cum quo salus tam multarum animarum quas Christus Dominus sanguine suo redemit est omninò conjuncta. Propptereà cùm ad id consequendum illud maximé tum Nobis tum Gubernio ipsi Gallicano prodesse posse videatur, si Nostrum atque Apostolicae Sedis Legatum constituamus qui in Galliam se conferens et spiritualibus Fidelium illorum necessitatibus praestò sit, et ea, bona properet quae ex Conventione inter Nos et Gubernium Reipublicae Gallicanae initâ expectari debent, auditis Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus quos, quemadmodum deliberatio tantae rei postulabat omnes convocandos censuimus, unanimi eorumdem consilio et assensu, Te, Dilecte Fili Noster, delegimus, cujus fidei, religioni, ac exploratae prudentiae tantum ac tam grave hoc munus committeremus, illud persuati, Te, pro eâ virtute ac singulari sapientiâ quâ prestas, ac praesertim pro eo amore, ac studio quod semper in caeteris muneribus quae tibi à Sede Apostolicâ concredita sunt administrandis erga Ca-

ken, der unter so vielen Bedrängnissen, die Uns von allen Seiten zusetzen und unter einer so schweren Last von Sorgen, welche zwar zu jeder, aber vorzüglich zu dieser Zeit die Bürde des obersten Hirtenamtes haben muß, die Gott nach seinem unerforschlichen Urtheil, Uns Schwachen aufleg, te, um Uns durch das Licht seiner Göttlichkeit zu trösten, sich gewürdiget hat, Uns ein Mittel an die Hand zu geben, wodurch die katholische Religion zur freien Ausübung ihrer Dienstpflichten zurückgerufen, zur alten Reinheit und Hei, ligkeit ihres Gottesdienstes wieder aufblühen könne. Die Vaterliebe, die Wir immer gegen die französische Nazion hegten, und jener heiße Wunsch, ein so gut angefangenes Werk mit Gottes Hilfe und zu seiner Ehre auch glücklich zu vollenden, kümmert Uns sehr, und nöthiget Uns alle Mittel auszudenken, die dazu beitragen, dieses so große Gut zu Stande zu bringen, womit das Heil so vieler Seelen, die Christus der Herr mit seinem Blute erlöset hat, durchaus verbunden ist. Da deshalb, um es zu erwirken, es Uns sowohl als der französischen Regierung selbst dienlich scheint, wenn Wir Unsern und des apostolischen Stuhles Legaten ernennen, der sich nach Frankreich begiebt, und für die geistlichen Bedürfnisse jener Glaubigen bei der Hand sey, und jenes Gute beschleunige, was man von dem zwischen Uns und der Regierung der französischen Republik eingegangenen Vergleiche erwarten muß: so haben Wir nach Anhörung der ehrwürdigen Brüder Unserer der heiligen römischen Kirche Kardinäle, welche Wir, so wie es die Ueberlegung einer so wichtigen Sache erforderte, alle versammeln zu müßen glaubten, mit ihrem einhelligen Rath und Zustimmung, Dich unsern geliebten Sohn, ausgewählt, dessen Treue, Gewissenhaftigkeit und erprobte Klugheit Wir dies so große und so wichtige Amt anvertraueten, in der Ueberzeugung, daß Du nach jener ausgezeichneten Tugend und besonderer Weisheit,

tholicam Ecclesiam ostendisti, desiderio atque expectationi Nostrae esse cumulatissimè responsurum. Te igitur in Nostrum, et Apostolicae Sedis Legatum ad Primum Galliarum Reipublicae Consulem vigore praesentium eligimus, constituimus, et deputamus, circumspectioni Tuae mandantes ut munus hujusmodi pro Tuâ in Deum pietate, in Nos et hanc Sanctam Sedem reverentiâ, in Christianam Rempublicam studio, alacri animo suscipiens, ac sedulò diligenterque, Deo juvante, exequaris, donec id qro necessitate temporum opportunum judicabitur.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo primo, nono calendas Septembris, Pontificatûs Nostri anno secundo,,.

A. Card. Pro-Dat.

R. Card. Braschius de Honestis.

Visa de Curia. J. Manassei.

Loco ✠ Plumbi.

F. Lavizzarius.

Di-

und zumal nach jener Liebe und Beeiferung, die Du immer in Betreibung der übrigen Dir vom apostolischen Stuhle anvertrauten Aufträgen gegen die katholische Religion gezeigt hast, Unserm Verlangen und Unserer Erwartung aufs reichlichste entsprechen werdest. Wir erwählen, ernennen und senden Dich also kraft des gegenwärtigen als Unsern und des apostolischen Stuhles Legaten beim ersten Konsul der französischen Republik, und empfehlen Deiner Einsicht, daß Du dieses Amt nach Deiner Liebe gegen Gott, nach deiner Ehrerbietigkeit gegen Uns und den heiligen Stuhl, nach deinem Eifer für die Christenheit mit fröhlichem Herzen übernehmest, und mit Gottes Beistand ämsig und fleißig versehest, so lange als es für die Zeitbedürfnissen dienlich erachtet wird.

Gegeben zu Rom bei der heiligen Maria der Größern, im Jahre der Menschwerdung des Herrn, tausend, achthundert ein, am 24. August, Unseres Papstthums im zweiten Jahre.

A. Card. Pro-Datarius.

R. Card. Braschius de Honestis.

Visa de Curia. I. Manassei.

Anstatt ✠ des Bleisiegels

F. Lavizzarius.

Dilecto Filio Nostro Joanni Baptistae, Tltuli S. Honuphrii, S. R. E. Presbytero Cardinali Caprara nuncupato, Archiepiscopo, Episcopo AEsino, ad carissimum in Christo Filium Nostrum Naupoleonem Bonaparte, Primum Galliarum Sedis de *Latere Legato.*

PIUS PP. VII.

Dilecte Fili Noster, Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Cùm pro tuâ Religione, doctrinâ, ac exploratâ Nobis in rebus gerendis prudentiâ, Te Legatum Nostrum à Latere in Galliam mittere decreverimus ad Ecclesiasticas res componendas juxta ea, quae per acta Conventionis inter Nos, et Rempublicam Gallicanam initae, constituta sunt; quo faciliùs tantam rem cum Ecclesiae gloriâ, Galliarumque tranquillitate explicare, conficere, expedire valeas Auctoritate Nostrâ Apostolicâ omnes, et singulas facultates Tibi concedimus, quibus de jure, usu, stylo, consuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet Apostolicae Sedis à Latere Legati frui consueverunt; signanter absolvendi, dispensandi, commutandi, condonandi, relaxandi, juxta locorum, temporum, ac personarum circumstantias, pro tuo arbitrio et prudentiâ, atque tuâ oneratâ conscientiâ, et cum eâ salubri moderatione, quam in Domino noveris expedire. Insuper potestatem facimus Tibi alios qui Tibi magis in Domino idonei videbuntur, subdelegandi,

Unserm geliebten Sohne, Joh. Baptist Caprara, genannt unter dem Titel des heiligen Honuphrius, der H. R. K. Kardinal Priester, Erzbischof, Bischof zu Aesis, unserm und des apostolischen Stuhles Legat à Latere bei Unserem liebsten Sohn in Christo, Napoleon Bonaparte, erstem Konsul der französischen Republik.

Pius Pabst VII.

Unser geliebte Sohn, Heil und apostolischen Segen.

Da Wir nach deiner Uns bekannnten Gewissenhaftigkeit, Gelehrtheit, und Klugheit in Betreibung der Geschäfte, Dich als Unsern Legat à Latere nach Frankreich zu schicken beschlossen haben, um die kirchlichen Angelegenheiten, gemäß den durch die zwischen Uns und der französischen Republik geschlossenen Uebereinkunft festgesetzten Punkten, in Ordnung zu bringen: so geben Wir Dir, damit du ein so wichtiges Geschäft zur Ehre der Kirche und zur Ruhe Frankreichs desto leichter abhandeln und vollenden könnest, hiemit aus Unserer apostolischen Gewalt alle und jede Vollmacht, derer nach Recht, Gebrauch, Gewohnheit, Vorrecht, oder sonst, wie es immer seyn mag, die Kardinal-Gesandten des apostolischen Stuhles gewöhnlich genossen haben, namentlich: loszusprechen, zu dispensiren, umzuändern, zu erlassen, zu mildern, so wie es Ort, Zeit und Personen erheischen, nach deinem Gutdünken, deiner Einsicht und Gewissensbeschwerung, und mit jener heilsamen Mäßigung, die du im Herrn dienlich erkennen wirst. Ueberdies ermächtigen Wir

ut iisdem facultatibus uti possint, si quando id utile ac necessarium ad Ecclesiae atque animarum bonum judicaveris; quâ quidem potestatis amplitudine ita Te ad Ecclesiae bonum, atque Animarum salutem usurum speramus, ut in rebus dubiis illud continuò memorià teneas, quod S. Innocentius I Praedecessor Noster ad Felicem Episcopum Nucerinum scribebat (1): " Mirari non possumus, " dilectionem tuam sequi instituta majorum, omniaque " quae possunt aliquam recipere dubitationem ad Nos " quasi ad caput, atque ad apicem Episcopatûs referre, " ut consulta videlicet Sedes Apostolica ex ipsis rebus " dubiis certum aliquid faciendumque pronuntiat ". Siquidem solemne semper in Ecclesiâ fuit, quod idem Pontifex in Epistolâ ad Concilium Milevitanum memorat, Apostolicam Sedem consulere (2) " super anxiis rebus " quae sit tenenda sententia " ac Tibi Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die 4 Septembris, 1801. Pontificatûs Nostri anno secundo.

---

(1) Litt. 36, t. I, Ep. Rom. Pont. edit. Const, col. 910
(2) Litt. 30, apud Const. Loc. cit.

Dich, andern, die Dir dazu am tauglichsten im Herrn scheinen werden, die nämliche Gewalt zu übertragen, wenn Du das zum Wohl der Kirche und der Seelen nützlich und nöthig erachten wirst. Wir hoffen jedoch, Du werdest von dieser Ausdehnung der Vollmacht zum Beßten der Kirche und zum Heil der Seelen solchen Gebrauch machen, daß Du in zweifelhaften Fällen immer daran denkest, was einst Unser Vorfahrer der H. Innocentius an Felix, Bischof zu Nuceria schrieb *) „ Wir können es nicht genug rühmen, daß du es, wie die Vorfahrer, machest, und alles, was einer Bezweiflung fähig ist, an Uns als das Haupt des bischöflichen Hirtenamtes berichtest, damit nämlich der darum befragte apostolische Stuhl entscheide, was von den zweifelhaften Dingen zuverläßig und zu thun ist.“ Denn es war, wie es der nämliche Pabst in seinem Briefe an das Concilium zu Milevis **) bemerkt, immer in der Kirche der Gebrauch, „ den apostolischen Stuhl über zweifelhafte Dinge um Rath zu fragen, welche Meinung man befolgen müße“ und Wir ertheilen Dir liebevoll den apostolischen Segen.

Gegeben zu Rom bei der heiligen Maria der Größern, unter dem Fischerringe, am 4. September 1801. Unseres Pabsttums im zweiten Jahre.

---

*) Litt. 36. t. I. Ep. Rom. Pont. edit. Const. Col. 910.
**) Litt. 30. apud Const. Loc. cit.

LITTERAE CREDENTIALES

EMINENTISSIMI CARDINALIS LEGATI,

Carissimo in Christo Filio Nostro Naupoleoni Bonaparte, Primo Consuli Reipublicae Gallicanae.

PIUS PP. VII.

Carissime in Christo Fili Noster Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Deferet Tibi has Litteras Dilectus Filius Noster Joannes Baptista, Tituli S. Honuphrii, S. R. E. Presbyter Cardinalis Caprara nuncupatus, Archiepiscopus, Episcopus AEsinus, quem Nos libentissimo animo Nostrum et hujus Apostolicae Sedis Legatum à Latere ad Te mittimus. Hae ut testes erunt amplissimi muneris quod Nos ei gerendum demandavimus, ita etiam probabunt Tibi magis magisque Paternam eam Caritatem, quâ Te complectimur, eaque studia quibus properamus ampliori, ac testatiori quo possumus modo omnia componere, et conficere quae per acta Conventionis Nostrae ad Catholicae Religionis bonum, internaeque tranquillitatis conservationem in Galliâ, inter Nos sunt constituta. Eum Nos virum nihil est quod commendemus amori tuo; cùm enim is pro suâ integritate, fide ac prudentiâ sit praecipuè expeditus à Te, eamque ob causam eò libentiùs mittatur à Nobis, scimus eum opinione virtutis suae satis carum, ac commendatum

Beglaubigungs = Schreiben

für Se. Eminenz den Kardinal = Gesandten

An unsern liebsten Sohn in Christo, Napoleon Bonaparte, ersten Konsul der französischen Republik.

Pabst Pius VII.

Unser liebster Sohn in Christo, Heil und apostolischen Segen.

Euch überbringt diesen Brief Unser geliebte Sohn in Christo, Johan Baptist Caprara genannt, unter dem Titel des H. Honuphrius, der H. R. K. Kardinal Priester, Erzbischof, Bischof zu Aesis, den Wir mit größtem Vergnügen als Unsern und dieses apostolischen Stuhles Legat à Latere an Euch absenden. Gleichwie dieser Brief das erhabene Amt, das Wir ihm zu versehen aufgetragen haben, bezeugen wird, also wird er Euch auch immer mehr und mehr die Vaterliebe, die Wir gegen Euch hegen, und die Beeiferung beweisen, womit Wir eilen, so ausführlich und klar als es Uns nur möglich ist alles in Ordnung und zu Stande zu bringen, was durch Unsern Vergleich zum Besten der katholischen Religion, und zur Erhaltung der innern Ruhe in Frankreich unter Uns ist festgesetzt worden. Wir brauchen diesen Mann Eurer Liebe nicht zu empfehlen; denn da Ihr ihn seiner Rechtschaffenheit, Treue und Klugheit wegen Euch besonders ausgebethen habet, und Wir ihn auch

isthuc accedere. Ei igitur Tecum agenti eam fidem habebis, quam Nobismetipsis haberes si Nos Tecum coram ageremus. Neque enim dubitamus quin is sit futurus apud Te, qualem et Tu pro ejus religione, fide, in rebusque gerendis dexteritate cognitum judicasti, qualemque Nos etiam propter caetera munera gravissima, quibus est summâ cum laude perfunctus, speramus omninò extiturum. Quod ut bonum, felix, fortunatumque sit tum Nobis, atque Catholicae Ecclesiae, tum Reipublicae isti universae, D. O. M. obsecramus, et Tibi Apostolicam Benedictionem pignus Paternae Charitatis Nostrae impertimur.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 4 Septembris 1801, Pontificatûs Nostri anno secundo.

Josephus Marotti.

deshalb um so lieber hinschicken: so wissen Wir, daß er durch den Ruf seiner Tugend angenehm und empfohlen genug hinkomme. Messet ihm also bei seinen Verhandlungen mit Euch den Glauben bei, den Ihr Uns selbst beilegen würdet, wenn Wir mit Euch persönlich zu thun hätten. Denn Wir zweifeln nicht, Ihr werdet an ihm den Mann finden, den Ihr nach seiner Gewissenhaftigkeit, Treue und Geschicklichkeit in Betreibung der Geschäfte zu urtheilen, erkannt zu haben glaubtet, und daß er es ganz seyn werde, hoffen Wir daher, weil er andere sehr wichtige Aemter mit dem größten Ruhme vertreten hat. Wir bitten den allgütigen Gott, daß für Uns, für die katholische Kirche, wie für die ganze Republik alles gut und glücklich von Statten gehe, und geben Euch das Pfand Unserer Vaterliebe, den apostolischen Segen.

Gegeben zu Rom bei der heiligen Maria der Größern, unter dem Fischerringe, am 4. Septemb. 1801. Unseres Pabstthums im zweiten Jahre.

Joseph Marotti.

BREVE

Quo datur Cardinali Legato potestas novos Episcopos instituendi.

PIUS PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

QUONIAM, favente Deo, spes Nobis affulget assequendi ut in omnibus locis Dominio Gallicanae Reipublicae ad praesens subjectis unitas Sanctae Matris Ecclesiae redintegretur, et Catholica Religio reflorescat, in quem finem per Nostras Apostolicas sub plumbo hâc ipsâ die datas Litteras de novo ereximus atque statuimus decem Metropolitanas et quinquaginta Episcopales Ecclesias, videlicet Archiepiscopalem Parisiensem cum suffraganeis Versalliensi, Meldensi, Ambianensi, Atrebatensi, Cameracensi, Suessionensi, Aurelianensi et Trecensi; Archiepiscopalem Bituricensem cum suffraganeis Lemovicensi, Claromontensi et Sancti Flori; Archiepiscopalem Lugdunensem cum suffraganeis Mimatensi, Gratianopolitanâ, Valentinensi et Camberiensi; Archiepiscopalem Rothomagensem cum suffraganeis Ebroïcensi, Sagiensi, Bajocensi et Constantiensi, provinciae Rothomagensis; Archiepiscopalem Turonensem cum suffraganeis Cenomanensi, Andegavensi, Rhedonensi, Nannetensi, Corisopitensi, Venetensi et Briocensi; Archiepiscopalem Burdegalensem cum suffraganeis Engolismensi, Pictaviensi et Rupellensi; Archiepiscopalem Tolosanam cum suffraganeis Cadurcensi, Agennensi, Carcassonnensi, Montis-Pessulani et Bajonensi; Archiepiscopalem Aquensem cum suffraganeis Avenionensi, Dignensi, Niciensi et Adjacensi; Archiepiscopalem Bisuntinam cum

Påbstliches Schreiben.

Wodurch dem Kardinal-Gesandten die Macht ertheilt wird, die neuen Bischöfe einzusetzen.

Zur künftigen Sacherinnerung.

